



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Amentia

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Amentia.

DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

AMENTIA, Græcè ἀνοησία, & ἀνοητός, amentis dicitur, & est stultitia. Dicitur autem amentis quasi sine mente. Differunt autem amentis & demens, quod demens minus est quam amentis. Nam demens est, qui non cogitat, quid agat, aut loquatur: Amentis verò, qui profert insanit.

Amentia. Hebr. Schiggebon, Deut. 28. 28. 2. Reg. 9. 20. Zach. 12. 4. à verbo Schiggeba, velanum reddidit, insanum fecit. Cognationem habet cum Cahasch, conqualatus est: nam amentis & velanus dicitur is, qui conqualatus, & corruptus est mente. cum Schigag, erratur. Hinc Græcè exaus, similiter (lat. Scæua) & exaus, fatuitas, infania. Cæro lib. 3. quæst. Tusc. Nec minus illud acutè, quod animi affectionem lumine mentis caeterum nominant amentiam, eandemque dementiam. Ex quo intelligendum est eos, qui hæc rebus nomina posuerunt, sensisse hoc idem quod à Socrate acceptum Stoici diligenter retinuerunt, omnes insipientes, non sanos. Qui enim animus est in aliquo morbo (morbus autem hos perturbatos motus philosophi appellant) non magis est sanus, quam id corpus, quod in morbo est. Ita fit, ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem, quasi infanitas quadam, quæ est infania, eademque demencia.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Stultorum infinitus est numerus. Eclesi. 1.
Homines stulti non apprehendent sapientiam, & non videbunt illam. Ecl. 15.
Stultus acriter improperebit. cap. 18.
A tacite verbi parturit fatuus, tanquam geminus partus infantis. cap. 19.
Sagitta infixæ in facie & in ore canis, sic verbum in ore fatui. Ibid. dem.
Darus insipientis non erit utilis sibi: Oculi enim illius semper simplices sunt. Exigua dabit, & multa imperabit, & apertio oris illius infamatio est. cap. 20.
Fatuus non erit amicus, & non erit gloria boni illius. Ibid.
Qui edunt panem fatui, false lingue sunt. Ibid.
Ex ore fatui reprobatur parabola: non enim illa decent in tempore suo. Ibid.
Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenet. Ibid. narratio. cap. 21.
Narratio fatui quasi farcina in via. Compedes in pedibus stulti doctrina, &c. Ibid.
Consulio patris est in disciplinatus filius. cap. 22.
Qui docet fatuum, est quasi qui conjuginat restam. Ibid.
Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris. Ibid.
Præcordia fatui quasi rota curri, & quasi axis versatur, sic cogitatio stulti. cap. 33.
Melior est homo, qui abscondit stultitiam suam, quam qui abscondit sapientiam suam. cap. 47.
Labia insipientium narrabunt stultitiam: verba autem prudentium statera ponderabuntur. cap. 21.
Non communices homini indocto, ne malè de progenie tua loquatur. Ibid. 8.
Qui stultus est, seruiet sapienti. Proverb. 13.
Qui fatuus est, aperit stultitiam suam. cap. 13.
Cor stultorum dissimile erit.
Stultus paciscitur imperitia.
Stultitia gaudium stulto. cap. 15.
Non decent stultum verba composita, nec principem labia mentientis. cap. 17.
Expedi magis visæ occurrere raptis scetibus, quam fatuo confidenti sibi in stultitia sua. Ibid.
Quid prodest habere diuitias stulto, cum sapientiam emere non possit. Ibid.
Stultus, si tacuerit, reputabitur sapiens: & si compresserit labia sua, intelligens. Ibid.
Os stulti contritio eius, & labia illius ruina anime eius. cap. 18.
Stultitia hominis supplantat gressus eius, & contra Deum seruet animo suo. cap. 19.
Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. cap. 26.
Veluti pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola. Ibid.
Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. Ibid.
Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. Ibid.
Si contuderis stultum in pila, quasi prietas feriente desuper pila

Constantini & Iuliani Imp. ætate hoc habitum simulatere exerceret: adolefcentes admodum per emissarios suos alliceret, & ad se singuli pertraheret. Plut. in Zing. fol. 272.

Philosophus Agrigentinus cum Panthiam Agrigentini morbo curaret, atque ob id se penè pio numine committeret: immortalitatis atque famæ studio incensus, ut mortuum Deorum translatus videretur: At nam insiluit, atque in ignem se coniecit. Fulg. lib. 8. c. 15. & Alex. lib. 6.

virilem sexum mentita, amplissimos ductavit exercitus, & magnos adijt labores, periculaque immensa, præterea bello gloria causa. Sabell. lib. 5. c. 5.

Caræ regina Xerxis commilitum non respuit, gloriæ neglecta, iexus imbecillitate. Theat. Zing. fol. 257.

Henrici V. Imperat. F. Vladislao, Boleslai III. Polono regis filio nuptia, mulier superbissima, Polonos porcorum locuta. Cæmerus lib. 5.

philosophus ex auctoritate Democriti præceptoris mundos esse referens: Heu, me miserum, inquit, Amentis, quod ne vno quidem adhuc poris sum: Angusta hominibus gloria fuit, quæ deorum omnium domicilio sufficit. Plut. arch. de tranquill. anim. Valer. Max. lib. 8. c. 3.

statuam ponere, sacrosanctum patriæ donarium, in quo habebat. Cum autem quidam ei consuleret, ut à Polycteto rebus imaginem curaret: respondit, Non se eiusmodi donaria spectarum, cuius gloria non ad consecratorem, sed ad factorem rediit. Etenim liquere, spectatores in castaria magis ardentem stultum Polycteti, quam suam liberalitatem & munificentiam amittunt esse. Alianus libro decimo quarto, de Var.

ter nauigasse in Siciliam, nec sine periculo, nec sine obprobrietium. Molon itaque, qui gerebat hostilem in eorum animam, negabat esse mirum, si Dionytius esset Corinthii in Sicilia. Nam tyrannum expulserat necessitas. Plautus in ambiguo, ut vulgus quidem interpretabatur. Et tamen suum esse Corinthi adeo mirabantur omnes, ut iam abierunt eorum de re inexpectata & incredibili. Laertius, libro

Lacedæmonijs bello victis, ac multo sanguine profugis, cum audiret, illos eius belli calamitatem extenuatam ferret omnibus quanta strages edita esset, non quibus permittit cadauera interfectorum tollere, sed ut quæque ciuitatibus, & ita factum est, ut appareret, pluriquam 1000. Lacedæmonios interficere. Plut. in apoph.

Nero, cum primum natus esset, quidam astrologus cum regnaturum esse & matrem necaturum. Quod cum apparet mater intellexisset, subito exclamare cepit: occidat, præfatio votoque respondit euentus. Sueton.

HIEROGLYPHICA.
Hæc enim speciem hominem gloriæ plenum exprimebat. Hæc enim tantum præciosam supellectilem tum plurimum ostentat, tum ad spectandum aduenisse conspexit. Quod si admittit, adesse cognouerit, eam recondit, veluti indicat. Valer. Pier. Hieroglyph. lib. 26. pag. 220. F.
Hæc quoque pro gloria fastuque ponitur: vbi quis non aliter inuulgere videatur, quam Bullæ ipsæ inturgescens cuiuslibet speciem præ se ferunt. Vnde dixit Persius:
Non equidem hoc studio, bullæ ut mihi nummis
Pægina turgescat.
Hier. Hieroglyph. lib. 41. pag. 396. E.

SCRIPTORES.

De ambitione, Pechanus lib. 1. cap. 3. Hanapus 103. Bernardi Flores. 6. 8. 9. 4. 1. Item Kamerius & Flos Theolog. Ramus, capite sexagesimo. De multiformi Kenodoxia. Ioan. Scho. cap. 21. Ambitio, Superbia, & victoria de inimicis, nimiaque peritas cuncto sunt, & perdunt quos possident. Brunfelsius Pan. lib. 9.

regnandi, imperandi, dominandi, Bernardi Flores, 3. 20. contra Brunsius lib. 1. cap. 15. Corunus in apoph. Lumen anime, 12. 230. Ioan. Carnotensi lib. 7. Contra Ambitionem, Des. Eras. Roterdamus in Militie Christi. Ambitio maxime vitanda philosopho. Marsil. lib. 7. cap. 14. Ambitio Antigoni. Alianus in variorum, fol. 53. 54. Ambitio Hipponici, ibidem, 68. Aristotelis am. 11. tendit, 56. Ambitio Lucinix, Cælius Rhodigin. libro 23. ca. 124.

POLYANTIA

pilo, non auferetur ab eo stultitia eius, *capite Sigefmo septimo.*  
 Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat.  
*cap. 8.*  
 Qui confidit in cor suum, stultus est. *ibidem.*  
 Omnis, qui audit verba mea, & non facit ea, similis est viro stulto.  
*Matth. 7.*  
 Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes.  
*Paulus 1. ad Corinth. 1.*  
 Sustinetis enim insipientes, cum sitis ipsi sapientes. 2. Cor. 11.  
 Stultus enim fatua loquitur. *Esa. 32.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Stultiloquium & seueritas non decent Christianum, sed ser-  
 monem eius sale conditum esse oportet, vt gratiam apud audientes  
 habeat: quicquid enim amens loquitur, vociferatio & clamor est  
 appellandum. *D. Hieronymus.*  
 Quicunque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna. *Gregorius*  
*in Moralibus.*  
 Sicut nec auris escas, nec guttur verba agnoscit: ita nec stultus  
 quisque sententiam sapientis intelligit. *idem.*  
 Facium cum sapientibus in prædicatione non suscipias, nec per-  
 cum, qui implere non volent, illi, qui præualet, obstitas. *idem.*  
 Nihil stultitia peius, nihil insipientia deterior, nihil ignorantia  
 turpius. *Isidorus.*  
 Ignorantia vitiatorum nutritrix est. Ignorantia enim, quid sit culpæ  
 indignum, non sentit. *idem.*  
 Insipiens quotidie peccat: indoctus facile decipitur. Stultus in  
 vitia cito delabitur. *idem.*  
 Videamus, vt rumne iustitia foedus aliquod cum stultitia habere  
 possit, vt Carneades disputauit, cuius, vt concludam disputa-  
 tionem, non posse eundem iustum esse ac stultum: eundem sapien-  
 tem & iniustum, docet ipsa ratio. Qui enim stultus est, quid sit ius-  
 tum ac bonum, nescit, & ideo semper peccat. Ducitur enim quasi  
 captiuus a vitijs, nec resistere villo modo potest, quia caret virtute,  
 quam nescit. Iustus autem ab omni peccato se abstinere, quod aliter  
 facere non potest, quasi habeat recti prauique notitiam. Rectum  
 autem discernere à prauo quis potest, nisi sapiens? Ita fit, vt nun-  
 quam possit iustus esse, qui stultus est: neque sapiens, qui fuerit in-  
 iustus. Ergo stultus non est, qui se sibi quidem parcat, dum ne no-  
 ceat alteri, quod est malum. Quod quidem nobis & ratio & veritas  
 ipsa præscribit. *Lactantius lib. 5. de uisnarum institut. cap. 18.*

PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Omnium malorum stultitia est mater atque materies, ea parit  
 præ ceteris immensas cupiditates: immensæ porro cupiditates in-  
 nitæ & immoderate sunt: hæc pariunt auaritiam malitiam que:  
 auaritia porro hominem ad quoduis maleficium impellit. *Cicero in*  
*no. Rhetor.*  
 Quò indignius rem honestissimam & rectissimam violat stulto-  
 rum & improborum temeritas pro audacia, summo cum Republ.  
 detrimento, eò studiosius illis resistendum est, & Republicæ conser-  
 uandum. *Cicero in Veter. Rhetor.*  
 Si summopere sapientia petenda est, summopere stultitia fu-  
 gienda & vitanda est. *ibidem.*  
 Qui sæpenuero nos per fidem fefellerunt, eorum orationi fide-  
 dem non habere debemus. Si quid perfidia illorum detrimenti ac-  
 ceperimus, nemo erit propter nosmetipsos, quem iure accusare  
 possimus. Primum decipi quidem incommodum est, iterum stul-  
 te, tertio turpe. Summa igitur amentia est, in eorum fide spem ha-  
 bere, quorum perfidia toties deceptus sis. *ibid.*  
 Stulti Scriptoris est, non posse omnibus de rebus cauere, quibus  
 velit. *Lib. 2.*  
 Miseri stultitia quid dicere possumus? *Cicero de natura Deo-  
 rum.*  
 Multa sunt incommoda in vita, vt eam sapientes commodorum  
 compensatione leniant. Stulti nec vitare venientia possunt, nec  
 ferre præsentia. *Cicero de natura Deorum.*  
 Stulti malorum memoria torquentur. *1. de finibus.*  
 Igitur nec stultorum quisquam beatus, neq; non sapientum non  
 beatus. *De finibus bonorum & malorum.*  
 Amentia ab à paricula priuatiua, & mente dicta, quasi sine  
 mente, hoc est, consilio animoque, quo sapimus. Lucretius poeta,  
 Consilium quod nos animum mentemque vocamus. Eadem de-  
 mentia dicitur: quia (de) est particula minuendi, vt desipio, de-  
 crebro. *Beroallus in comment. in Cicero. Quæst. Tuscul.*  
 Nomen insanitæ significat mentis ægrotationem, & morbum, id  
 est, insanitatem, & ægrotudinem animi, quam appellant insaniam.  
 Omnes autem perturbationes animi, morbos Philosophi vocant:  
 negantque stultum quenquam his morbis vacare, qui autem in  
 morbo sunt, sani non sunt: & omnium insipientium animi in mor-  
 bo sunt: Omnes igitur insipientes insaniant: sanitatem enim ani-  
 morum positam in tranquillitate quadam constantiaque cen-  
 sabant. His rebus mentem vacuam appellant insaniam, propterea  
 quod in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non possit.  
*Eodem præfato loco Cicero.*

Amentes dicuntur, qui à natura expertes rationis, solum sensu  
 minus exequuntur immanes quidem, belluarumque similes  
 bendi sunt, vt quædam genera barbarorum procul habitant  
*Arist. 7. Ethic.*  
 Fortunam quidem laudare stultitia, vituperare vero superbia  
*ibidem.*

Et enim vt stultitia, etsi adepta est quod concupiuit, tamen  
 tamen se fatiis consecutum putat: sic sapientia semper eo con-  
 est, quod adest, neque eam vnquam sui poenitet. *Cicero lib. 9. Tuscul.*

Et quoniam mens nostra est actus, quiescere omnino ab  
 sua nequit, nisi potestate valide retinente, hoc est, opposito  
 instrumentis: velut cum à mole obruitur in locum æternis  
 pula in ebrietate, ab inimicis vaporibus in attonitione: quæ  
 & similia violenta sunt, naturæque illius repugnantia: vnde  
 emergit, cessante potestatis violentia, statim reducte in  
 suum: neque eam ad rem externæ vllius opis indiget, sed for-  
 pedimento submouendo, quod si sit sublatum, non poterit  
 villo pacto occidari: necesse est aliquid meditari, & secum  
 eamque illius motionem si quis conetur sistere (vt sunt qui  
 prius volunt cogitare) perinde fecerit, ac si cohibere velit  
 ne ardeat, conceptus in apta materia: alterum profecto de-  
 tur, aut vt ignem extinguat, aut vt vis ignis validior erumpat  
 obicem, sic vel corrumpetur vita tam violenta contentione, vel  
 vna cogitatione, quam velis opprimere, magna cogitationis  
 visum perturbatio coercitur, hoc est planè amentia. *Lucretius*  
*Vires lib. 2. de animo.*

POETICÆ SENTENTIÆ.

Plautus in Stichio.  
 Stultitia est venatum ducere multos canes.  
 Ex Trinummo.  
 Nihil est profecto stultius, neque stolidius,  
 Neque mendacius, neque argutus magis,  
 Neque confidentius, neque peritius,  
 Quam vbi bani assidui cives, quos scurras vocant:  
 Quia omnia se simulant scire, nec quicquam sunt.  
 Ex Bacchidibus.  
 Stulte fecisse fateor, sed quas opter,  
 Ne me in stultitia, si de lignis, de feris,  
 Ego animo cupido, atque oculis indomitis fui:  
 Persuasum est facere, cuius me nunc facti pudet.  
 Prius te causasse, quam pudere equum fui.  
 Vide Stultus, Stultitia.

Amicitia.

DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

AMICITIA, Græcè φιλία, a φιλῶ, & φίλος, & amicus dicitur,  
 est amor mutus benevolentia, fundatus super aliqua  
 communicatione. Quæ quadruplex est, secundum quatuor  
 communicationem mutam: scilicet, Naturalem, Domesticam,  
 uilem, & Diuinam, hoc ex B. Thom. secunda Secunda, quæstio. 2.  
 artic. 1.  
 Amicitia, Hebr. אהבה, à verbo אהב, amauit, dilexit, hinc Græcè  
 ἀγαπάω, & ἀγάπη. Dicitur etiam ἰσθιδυβ, & cognationem habet  
 cum Δοξη, cognatus, amicus de cognatione. Hinc ἰσθιδυβ, ista  
 cundus, ἰσθιδυβ, sua uitas. Nihil enim amicitia suauius & iucundius  
 Vide Lexicon trilingue Lugdun. pag. 57. & 82.  
 Amicitia est omnium humanarum, diuinarumque rerum  
 benevolentia & charitate summa consensus. qua quidem benevolentia  
 an excepta sapientia quicquam melius homini sit à dijs immo-  
 libus datum. *secundum Augustinum epistol. 45. & Cicero. lib. 1. de*  
*Amicitia.*  
 Amicitia est voluntas erga aliquem bonarum rerum illius ipsius  
 causa, quem diligit, cum eius pari voluntate, *secundum Cicero. 1. de*  
*inventione Rhetor.*  
 Amicitia est benevolentia pacis non latens, *secundum Aristotelem*  
*lib. 8. Ethicorum.*  
 Vel sic:  
 Amicitia est studiorum omnium, voluntatumque consensus  
 cuius contrarium inimicitia, in plurali, licet etiam in singulari  
 ueniat. Ennius: Amicitiam, atque inimicitiam in fronte præ-  
 tam geo.  
 Amicus est, qui amat, & redamatur. *secundum Aristotelem*  
*Rhetor.*  
 Sunt enim amici οἱ ἀλλήλους βέλονται τῷ ἀγαθῷ, μὴ λαβάνοντες  
 ἀγαθὸν ἢ διὰ χροσίου, ἢ δι' ἰδίου.  
 Amicus & amator, vt placet Donato super Terent. differunt  
 quod amicus animi est, amator vero corporis.